Non hic mutatur ſedeſ. non corrumpunt edeſ. non ma
ior hic minori. non paup ditiori. non obſtat alter alte
ri. nec locuſ obpbrii.
CRVCIfigat omneſ domini crux altera. noua xpi
uulnera. arbor ſalutifera. perditur ſepulchrum. genſ
euertit extera uiolente plena gente. ſola ſedet ciuitaſ. ag
ni fedus rumpit hedus. plorat doleſ pctaſ. ſponſa ſyon
immolat. ananiaſ incuruatur. cornu dauid flagellat.
mundus abdicatur ab inmundis p quem iſte iudicatur
mundus. O quam dignoſ luctuſ exulat rex omnium ba
culuſ fidelium. ſuſtinet obpbrium gentiſ infideliſ. ce
dit parti gentium parſ totaliſ. genſ regaliſ. in luto et
latere. et laborat cum explorat. moyſen fatiſcere homo
dei miſerere. fili patriſ iuſ tuere. in certo certum que
re. ducis ducum dona xp merere. et lucrare uere luciſ.
Quiſquiſ eſ ſignatuſ fidei karactere. fidem factiſ aſ
ſere. rugienteſ contere catuloſ leonum. miſeranſ intu
ere corde triſti. dampnum xpi. longus cedar incola
ſurge. uide. ne de fide reputeriſ friuola. ſuda mar
tir in agone. ſpe mercediſ et corone. derelicta babylo
ne. pugna pcelesti regione. et ad uitam te compone
pugna. Curritur ad uocem nummi uel ad ſonitum
hec eſt uox ad placitum. omneſ ultra debitum. ut

exempla docent. nitimur inuetitum. diſce morem et
errorem. fac et tu ſimiliter. hac in uita nichil uita. ui
ue et non aliter. clerici uiuas ad menſuram. qui per cenſu
das cenſuram. quando iaces in captura. recte meſſem
uides iam maturam. et tu ſaltem per uſuram mete. Si
quis in hoc artem populo non nouerit. per quam mun
do uixerit. omnia cum uiderit eligat hanc partem
ut nichil decreuerit. quod uis aude dolo fraude. nil
uitandum crediti. mundo gere morem. uere mos ge
rendus. tarchi legi nichil ſit aſtrictum. iuri nichil ſit
additum. ſanciatur hoc edictum. ubi uirtus eſt de
lictum. ideo nichil eſt relictum ibi.

QVOD. Spiritu dauid precinuit. nunc expoſuit no
bis deus et ſic innotuit. ſarracenus ſepulchrum pol
luit. quo recubuit. qui pro nobis crucifixus fuit. quantum
nobis in hoc condoluit. quantum nobis propicius fuit. du
ſic uoluit mortem pati cruce. nec meruit. Reſp. Ex
urgat deus. Et diſſipet hoſtes quos habuit. poſtquam
prebuit ſarracenis locum quo iacuit. duo ligna diu
non habuit ſarreptina. quibus ut caruit. ſemper doluit.
et dolebit dum rehabuerit. quia nobis expiet. S una
mitis clamat pro filio. qui occubuit. nec giechi ſanare
potuit. heliſeus niſi met uenerit. non ſurrexerit. et